



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De officio in ecclesia horarum diurnarum & nocturnarum, & de oratione  
pro omnibus qui eam ecclesiam gubernant. Capvt LXIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

ne inter eos sit, qui illum seruum nequam imitetur, <sup>AN</sup> qui talentum domini sui abscondit, & non est in eo negotiatus ; quem iratus dominus in tenebras exteriores mitti iussit. Et hic Canon caret excommunicatione.

*De officio in ecclesia horarum diurnarum & nocturnarum, & de oratione pro omnibus qui eam ecclesiam gubernant.*

C A P V T L X I V .

Vt in omnibus horis diurnis & nocturnis in principio & in fine orationis fiat cū deuotione memoria episcopi, & oretur pro salute eius, & vt oratione eius populus adiuuetur. Sabbato autē & diebus festis, quando sunt sancta super altare posita, diaconus memoriam faciat, nominatim primum patriarchæ, deinde archiepiscopi, episcopi, chorepiscopi, archipresbyteri, archidiaconi, quia isti sunt gubernatores ecclesiæ ; idcirco nominandi sunt ad altare in ecclesia, quandoquidem per eos omnia ecclesiastica administrantur, & ipsi sunt in ecclesia superiores. Et qui contradixerit, sit excommunicatus.

*De ordine ducendi funus episcopi, chorepiscopi & archidiaconi, & de officio exequiarum.*

C A P V T L X V .

Quando moritur episcopus, debent chorepiscopus & archidiaconus prāire funeri, vt si filii prāeant funeri patris : quando vero aliquis horum moritur, debet prāire episcopus, vt si pater prāeat filiis mortuis. & legantur in funere ea quæ doctores & sancti patres spirituales de oratione constituerunt : intersintque funeri omnes subiecti eis, si quidem vocabātur eorum omnium patres ; & nun-